
STATUTA QUÆDAM


Academiæ
CANTABRIGIENSIS

In admiſsione ad Gradus, &c. Legenda, ad quorum obſervationem Singuli tenentur Virtute Juramenti.



CANTABRIGIÆ,
Ex Officina *Joan. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi. 1684.





Juramentum à ſingulis Scholaribus in Matriculatione ſua præſtandum.

CAncellario Procancellarióque Academiæ Cantabrigienſis, quatenus jus fáſque eſt, & pro Ordine in quo fuerim, quamdiu in hac Republica degam comiter obtemperabo; leges, ſtatuta, mores approbatos, & privilegia Cantabrigienſis Academiæ (quantum in me eſt) conſervabo : pietatis & bonarum literarum progreſſum, & hujus Academiæ ſtatum, honorem, dignitatem tuebor quoad vivam, meóque ſuffragio atque conſilio rogatus & non rogatus defendam : Ita me Deus adjuvet, & ſancta Dei Evangelia.

In Admiss. Baccal. in Artibus.

PRimus annus Rhetoricam docebit, ſecundus & tertius Dialecticam, quartus adjungat Philoſophiam; & artium iſtarum domi foríſque pro ratione temporis quiſque ſit auditor. In hoc quadriennio bis quiſque diſputato in publicis ſcholis, bíſque reſpondeto in ſuo grege: quæ ſi perfecerit, & poſt conſuetum examen dignus videatur, Baccalaureus eſto; ità tamen quòd priùs reſpondeat quæſtioni, & ſtet in Quadrageſima more conſueto uſque ad poſtremum actum, & ſuper his cautionem realem exponat.

Singulos inſuper, qui hîc gradum aliquem ſubituri ſunt, aſtrictos & devinctos eſſe volumus, ut hujus Univerſitatis Statuta & probatas conſuetudines pro viribus obſervent, útque ejuſdem Univerſitatis pacem nullius rei prætextu perturbent, quin eos, qui ſic pacem perturbare noverint, ad Cancellarium ſeu ejus vices gerentem quamprimum deferant; quod denique Univerſitatis noſtræ honorem pro virili augeant, ornéntque.

Quili-

Quilibet Graduatus dum moram traxerit in noſtro municipio, habitum habeat de proprio, gradui ſuo competentem.

Poſtremò, Statutis Academiæ cautum eſt, nè quis hîc ad gradum aliquem admittatur, niſi ſe obedientem fore Cancellario aut ejus vices gerenti juraverit, ſéque ſua privilegia renunciaturum, in quantum privilegiis & ſtatutis Univerſitatis contrariantur: Salvâ tamen ſemper compoſitione inter Univerſitatem & Collegium Regale factâ.

Quilibet ad reſpondendum quæſtioni admittendus; poſt ultimum actum & ante decimum quartum *Januarii*, juret, ſi contigerit gradum Magiſterii in hac vel in altera Academia Anglicana ambire, Terminorum computum facturum non à tempore Admiſſionis, ſed à finali Determinatione Admiſſionem ſuam ſubſequente. *Pro Bac. ad Feſt.* St Joan.

Jurabis quòd hæc omnia obſervâſti & obſervabis, niſi aliter per gratiam ab Academia conceſſam diſpenſatum tecum fuerit, ſicut te Deus adjuvet,

vet, & ſancta Dei Evangelia.

Jurabis etiam quòd in conſcientia tua agnoſcis Regem eſſe, & juxta verbum Dei eſſe debere ſupremum Gubernatorem Eccleſiarum Magnæ Britanniæ & Hyberniæ, in omnibus cauſis tam Eccleſiaſticis quàm Civilibus: nec ullum alium Principem, Pontificem, aut Prælatum, ullam habere, vel habere debere autoritatem infra hæc regna Magnæ Britanniæ & Hyberniæ: Sicut te Deus adjuvet, & ſancta Dei Evangelia.

Die Jovis poſt quartam Dominicam Quadrageſimæ.

Dicit Procurat.

IN Dei Nomine Amen. Authoritate quâ fungimur, decernimus, creamus, & pronunciamus omnes hujus Anni Determinatores finaliter determinâſſe & actualiter eſſe in Artibus Baccalaureos.

In

In Admiss. Inceptorum in Artibus.

1. BAccalaurei artium Philoſophicæ lectionis, Aſtronomiæ, Perſpectivæ, ſive Mathematicalium quæ in Scholis lecta fuerint, & Græcæ linguæ per triennium ad minus ſint aſſidui auditores: ídque quod inchoatum antea erat ſuâ induſtriâ perficiant. Intererunt cunctis Magiſtrorum artium diſputationibus aperto capite, nec abibunt indè niſi à Procuratoribus petitâ veniâ. Baccalaureus quiſque ter reſpondebit Magiſtro objicienti; bis in ſui gregis exercitatione reſpondebit, declamabítque ſemel. In his ubi juſtum trium annorum ſpatium verſatus fuerit, & hæc illum perfeciſſe conſtiterit, poſtquam ſolenniter productus fuerit, cooptabitur in Magiſtrorum ordinem.

2. Jurabis quod lecturam in Theologiâ per Dominam Margaretam fundatam per annum continuabis, per majorem partem cujuſlibet termini, ſi lector ad majorem partem legerit, & te

te à lecturâ non absentabis nisi ex rationabili causâ per Vicecancellarium' Lectorem ejusdem lecturæ, & Procuratores, & eorum singulos approbandâ.

3. Decretum est ut qui ad Magisterii gradum ascensuri sunt Sacramento juramenti teneantur se quinque integros annos Regentiam retenturos.

4. Insuper statuimus quod quilibet Baccalaureus in quâcunque facultate ad incipiendum coram Universitate licentiam petiturus antequam eam obtineat, juret simpliciter se hîc infra annum incepturum, si ipsum incipere contingat; cautionémque super hanc rem sufficientem præstabit.

5. Inhibemus præterea virtute juramenti, nè quis per se vel per interpositam personam pro voce dandâ aut non dandâ in electione Procuratorum pecuniam ullam, vel rem aliam aut dabit aut accipiet, nec promissionem, seu pactum ut quis promoveatur, aut officium vel beneficium aliquod pro hujusmodi voce dandâ vel non dandâ consequatur, faciet accipiétve unquam; quòd si quisquam aliquem in his culpabi-

pabi-

pabilem noverit, Cancellario ſeu Procuratoribus , aut eorum vices gerentibus quàm poteſt celerrimè revelabit.

6. Item ſtatutum & ordinatum eſt, nè quiſquam in quâcunque facultate in aliquâ Prucuratorum electione poſthac vocem dare præſumat, niſi & ſuum & illius cui vocem dare voluerit prænomen & cognomen propriâ manu inſcribat, nec ullo pacto ſuum votum compromittere attentet.

7. Singulos inſuper qui hîc gradum aliquem ſubituri ſunt aſtrictos & devinctos eſſe volumus, ut ſtatuta ac iſtius Univerſitatis probatas conſuetudines pro viribus obſervent, útque ejuſdem Univerſitatis pacem nullius rei prætextu perturbent, quin eos qui ſic pacem perturbare noverint ad Cancellarium ſeu ejus vices gerentem quamprimum deferent; quòd denique honorem hujus Univerſitatis noſtræ pro virili augeant, ornéntque.

8. Denique ſtatuimus & ordinamus quòd quilibet graduatus dum moram traxerit in noſtro municipio, habitum habeat de proprio gradui, ſuo competen-

tentem, quo publicis ſupplicationibus, ſermonibus ad Clerum, Veſperiis quoque atque inceptionibus illius facultatis cujus eſt Scholaris intereſſe ſtrictiùs obligetur.

9. Poſtremò ſtatutis noſtris cautum eſt, nè quis hîc ad gradum aliquem admittatur, niſi ſe obedientem fore Cancellario aut ejus vices gerenti juraverit, ſéque ſimpliciter atque ante omnia ſua privilegia renunciaturum in quantum privilegiis & ſtatutis Univerſitatis contrariantur: Salvâ tamen ſemper compoſitione inter Univerſitatem & Collegium Regale factâ.

Jurabis quòd hæc omnia obſervâſti, &c.

Jurabis etiam quòd in conſcientiâ tuâ, &c.

In vesperiis Comitiorum.
Inceptores *cujuslibet facultatis jurant.*

JUrabitis quod nunquam resumetis gradum Baccalaureatûs in eadem facultate, sicut vos Deus adjuvet, &c.

In die Comitiorum.
Singuli Inceptores *fidem dant.*

DAbis fidem de observando statuta privilegia & consuetudidines istius Universitatis approbatas.

Deinde jurant.

Jurabis de continuatione tui Regiminis * in quinquennium, jurabis etiam quod extra istam Universitatem nusquam præterquam Oxoniis in illa facultate incipies, aut lectiones tuas solenniter resumes, nec consenties ut aliquis alibi in Anglia incipiens hic pro (Magi-

* *Si sit Doctor in* bienni-um.

Doctore (Magiſtro) in illa facultate habeatur.

In Admiſſ. Bac. in Medic.

M*Edicinæ* ſtudioſus ſex annos rem medicam diſcet, ejus lectionis auditor aſſiduus; Anatomias duas videat, ſemel reſpondeat, ſemel opponat, antequam Baccalaureus fiat.

Volumus, & admittendos coarctamus, nè quis infra limites hujus Univerſitatis publicè vel privatim tanquam *Practicator* in iſta facultate ſe intromittat; niſi hîc vel alibi in medicina rexerit, vel ad legendum licentiatus fuerit, ſeu per aliquem hîc in medicina Regentem, ut idoneus, D. Cancellario, ſeu ejus vices gerenti fuerit præſentatus.

Inſuper, ut in iſtiuſmodi admiſſionibus quiſque tam ad legendum quàm ad practicandum per duos terminos infra biennium in iſta Univerſitate ſe lecturum juret, ſub pœna tredecim ſolidorum & quatuor denariorum com-

communi ciſtæ infra dictum biennium ſolvendorum.

Jurabis quòd hæc omnia obſervâſti, &c.

Jurabis etiam quòd in conſcientia tua, &c.

In Admiſſ. ſtudioſorum Chirurgiæ ad praxin Chirurgiæ.

CHirurgiæ ſtudioſus duas Anatomias faciat, tres ad minimum curationes ſe feciſſe probet, antequam admittatur ad praxin *Chirurgiæ*.

Volumus, & admittendos coarctamus, nè quis infra limites, &c.

Inſuper, ut in iſtiuſmodi admiſſionibus quiſque tam ad legendum quàm ad practicandum per duos terminos infra biennium in iſta Univerſitate ſe lecturum juret, ſub pœna viginti ſolidorum communi ciſtæ infra dictum biennium ſolvendorum.

In Admiss. Practicantium in Medic.

VOlumus, & admittendos coarctamus, nè quis, &c.

Insuper, ut in istiusmodi admissionibus quisque tam ad legendum, &c.

Si non sit Graduatus, hæc tria Statuta omittantur.

Singuli qui hîc gradum aliquem subituri sunt, astrictos, &c.

Quilibet Graduatus, dum moram traxerit in nostro municipio, &c.

Postremò, Statutis nostris cautum est, nè quis hîc, &c.

In Admissione Inceptorum in Medic.

BAccalaureus Medicinæ respondebit bis, semélque opponet, Anatomias duas ad minimum videbit, ante-

antequam admittatur ad Doctoratum Medicinæ.

Magister Artium septennium rei Medicæ dans operam, postquam bis Doctori in eadem facultate responderit, semélque opposuerit publicè, poterit fieri Doctor Medicinæ, sic tamen quòd ejus notitia ab omnibus Magistris illius facultatis approbetur.

Quilibet Baccalaureus in quacunque facultate ad incipiendum licentiam petiturus, antequam eam obtineat, juret se hîc infra annum incepturum, si ipsum incipere contingat, cautionémque super hanc rem sufficientem præstabit.

Nemo per se vel per interpositam personam pro voce danda aut non danda in electione aliqua pecuniam ullam, &c.

Nemo in aliqua electione vocem dare præsumat, nisi & suum & illius cui, &c.

Singuli qui hîc gradum aliquem subituri sunt, astrictos & devinctos esse se intelligant, &c.

Quilibet Graduatus, dum moram traxerit in noſtro municipio, habitum habeat de proprio gradui ſuo competentem, quo inceptionibus illius facultatis cujus eſt Scholaris intereſſe poterit.

Poſtremò, Statutis noſtris cautum eſt, &c.

Jurabis quòd hæc omnia obſervâſti, &c.

Jurabis etiam, &c.

In Admiſſione Bac. in Jure Civili.

QUi à primo in Academiam adventu Legibus operam dabit, primum annum integrum inſtitutionum lectioni Domi ſuæ impendat: deinde quinquennium totum publicum Juris Prælectorem audiat: reſpondebit publicè ſemel Profeſſori aut alicui Doctori ejuſdem facultatis, antequam fiat Baccalaureus Juris. Qui fuerit antè Baccalaureus Artium quatuor annorum

norum ſtudio poterit Juris eſſe Baccalaureus, ſi ordine præſcripto reſponderit.

Quilibet, ſive is Doctor ſit, ſive in Jure Civili Baccalaureus, quâcunque horâ ſit lecturus, in Scholis propriis hujus Univerſitatis legere teneatur, & eaſdem conducere, niſi eædem Scholæ pro eadem hora ab alio Lectore occupatæ fuerint & conductæ.

Singuli qui hîc gradum aliquem ſubituri ſunt, aſtrictos & devinctos eſſe, &c.

Quilibet Graduatus, dum moram, &c.

Poſtremò, Statutis noſtris cautum eſt, &c.

Jurabis quòd hæc omnia obſervâſti, &c.

Jurabis etiam quòd in conſcientia tua, &c.

In Admiſſ. Inceptorum *in Jure Civili.*

LEgum Baccalaureus Regium in Jure Profeſſorem audiat quinquennium: reſpondebit hoc tempore bis in ſuis Scholis, opponet ſemel: & cooptabitur Doctor.

Magiſter artium ſeptennium dans operam Legibus, & cæteris perfunctus quæ hîc requiruntur, poterit cooptari inter Legum Doctores.

Quilibet Baccalaureus in quacunque facultate ad incipiendum licentiam petiturus, antequam eam obtineat, juret ſe hîc infra annum incepturum, ſi ipſum incipere contingat, cautionémque ſuper hanc rem ſufficientem præſtabit.

Nemo per ſe vel per interpoſitam perſonam, &c. *Per omnia ut in admiſſ. Incep. in Medic.*

In Admiſſ. Bac. in Theologiâ.

MAgiſter Artium ſedulus erit Theologicæ atque Hebraicæ Lectionis auditor, quibus rebus annorum ſeptem dabit operam, quo ſpatio bis diſputabit contra Theologiæ Baccalaureum, ſemélque poſt quartum annum reſpondebit in Theologia, concionabitur Latinè ſemel, & ſemel Anglicè in Academiæ Templo, & ſemel ad Crucem vel in Templo D. *Pauli*, infra annum poſt gradum ſuſceptum, ſi legitimè vocatus fuerit, & juſtâ causâ non impediatur; & ſemel apud *Burwell* ad aſſignationem D. Vicecancellarii. Et ſi hoc in tempore in Theologia profecerit, per ſolennem inaugurationem Baccalaureus fiat. Si quis cupiens cooptari in ordinem Baccalaureorum Theologiæ, non reſponderit, nec oppoſuerit ſecundùm ordinem ſupraſcriptum, is nihilominus poterit Baccalaureus fieri Theologiæ, ſi ſemel Doctori reſponderit.

Nullus ad interpretandum Canonicas Epiſtolas admittatur, niſi in ſacris ordinibus initiatus, & infra eoſ-

dem conſtitutus, præſentetur Univerſitati poſt feſtum D. *Barnabæ*, & citra feſtum tranſlationis S. *Martini*.

Singuli qui hîc gradum aliquem ſubituri ſunt, &c.

Quilibet Graduatus, dum moram, &c.

Poſtremò, ſtatutis noſtris cautum eſt, &c.

Jurabis quòd hæc omnia obſervâſti, &c.

Jurabis etiam quòd in conſcientia tua, &c.

In Admiſſ. Inceptorum *in Theologiâ.*

THeologiæ Baccalaureus Theologicæ lectionis ſedulus erit auditor: in quæſtionibus Theologicis bis opponet, ſemel reſpondebit, ídque Doctori ſi commodè fieri poterit: Latinè ſemel,

mel, Anglicè ſemel concionabitur in Academiæ Templo, & ſemel ad Crucem vel in Templo D. *Pauli*, infra annum à gradu ſuſcepto, ſi legitimè vocatus fuerit, & juſtâ causâ non impediatur. Quinquennium poſt Baccalaureatum ſuſceptum, in Theologia progreſſus, poterit vocari in Ordinem Doctoris, & poſt ſolennem inceptionem ſemel infra annum quæſtionem ipſe ſibi proponere tenebitur in publicis Scholis, cujus ambigua & dubitationes in utramque partem enucleabit, definiet & determinabit. Si quis cupiens cooptari in Ordinem Doctorum Theologiæ, non reſponderit nec oppoſuerit ſecundùm ordinem præſcriptum, is nihilominus poterit eſſe Doctor, modò quinquennium compleverit poſt gradum Baccalaureatûs, ſi ſemel Doctori reſponderit, & unam concionem ad Clerum habuerit in Academiæ Templo ante ejus Admiſſionem, & alteram ad Crucem vel in Templo D. *Pauli* infra annum ſequentem.

Nemo per ſe vel per interpoſitam perſonam, &c.

Nemo in aliqua Electione, &c.

Singuli qui hîc gradum aliquem ſubituri ſunt, aſtrictos, &c.

Quilibet Graduatus, dum moram, &c.

Poſtremò, Statutis noſtris cautum eſt, &c.

Jurabis quòd hæc omnia obſervâſti, &c.

Jurabis etiam quòd in conſcientiâ tuâ, &c.

Formula profeſſionis Inceptorum *in Theologiâ.*

IN Dei Nomine Amen. Ego *A. B.* ex animo amplector univerſam ſacram Scripturam Canonicam Veteri & Novo Teſtamento comprehenſam, omniáque illa, quæ vera Eccleſia Chriſti, ſancta & Apoſtolica, verbo Dei ſubjecta, & eodem gubernata, reſpuit, reſpuo: Quæ tenet, teneo: &

& in his omnibus ad finem uſque vitæ perſeverabo, Deo mihi pro ſumma ſua miſericordia gratiam præſtante per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

In Admiſſ. ad Bibliothecam publicam.

JUrabis quòd in Bibliothecam publicam admiſſus nihil quod ad ipſam pertinuerit ſciens volens corrumpes, aut imminues, nullum librum permutabis, auferéſve, aut ipſe per te, aut per alium quemvis, niſi eo modo, iíſque conditionibus, quæ per Univerſitatis decreta requiruntur: Quódque ſis jure iſto tuo ſincerè, & bona fide uſurus, atque omnino ita ut (quantum in Te eſt) nihil inde accreſcat Bibliothecæ damni, Ita te Deus adjuvet, & hæc ſancta Evangelia.

For-

Formulæ Supplicationum pro Gradibus.

SUpplicat Reverentiis veſtris, A. B. ut duodecim Termini completi in quibus Ordinarias Lectiones audiverit (licet non omninò ſecundum formam ſtatuti) per majorem partem cujuſlibet Termini, unà cum omnibus Oppoſitionibus, Reſponſionibus, cæteríſque exercitiis per ſtatuta Regia requiſitis, ſufficiant ei ad reſpondendum Quæſtioni.

Supplicat Reverentiis veſtris, A. B. ut novem Termini completi poſt finalem ejus determinationem, in quibus Ordinarias Lectiones audiverit, (licet non omninò ſecundum formam ſtatuti) unà cum omnibus Oppoſitionibus, Reſponſionibus, Diſputationibus, Declamationibus, cæteríſque exercitiis per ſtatuta Regia requiſitis, ſufficiant ei ad incipiendum in Artibus.

Supplicat Reverentiis veſtris, A. B. ut ſtudium ſeptem annorum in ſcien-

tiâ

tiâ Muſicâ, unà cum aſſiduâ ejuſdem praxi, & ſummâ approbatione ejuſdem facultatis, ſufficiat ei ad intrandum in eadem facultate, ità tamen ut Canticum componat coram vobis, &c. ſolenniter cantandum.

Supplicat Reverentiis veſtris, A. B. ut ſtudium ſex annorum in Medicinâ, in quibus Ordinarias Lectiones audiverit (licet non omninò ſecundum formam ſtatuti) [redacted] unà cum omnibus Oppoſitionibus, Reſponſionibus, cæteríſque exercitiis per ſtatuta Regia requiſitis, ſufficiat ei ad intrandum in eadem Medicinâ.

Supplicat Reverentiis veſtris, A. B. ut ſtudium quinque annorum in Medicinâ poſt gradum Baccalaureatûs in eadem facultate ſuſceptum, in quibus Ordinarias Lectiones audiverit (licet non omninò ſecundum formam ſtatuti) unà cum omnibus Oppoſitionibus, Reſponſionibus, cæteríſque exercitiis per ſtatuta Regia requiſitis, ſufficiat ei ad incipiendum in eadem Medicinâ.

Supplicat Reverentiis veſtris, A. B. ut ſtudium ſeptem annorum in Medicinâ,

cinâ, poſtquam rexerit in Artibus, &c. In quibus Ordinarias, &c. Sufficiat ei ad incipiendum in eadem Medicinâ.

Supplicat Reverentiis veſtris, A. B. ut ſtudium ſex annorum in Jure Civili, in quibus Ordinarias Lectiones audiverit (licet non omninò ſecundum formam ſtatuti) unà cum omnibus Oppoſitionibus, Reſponſionibus, cæteríſ-[redacted]tuta Regia requiſitis, ſufficiat ei ad [redacted] dem Jure.

Supplicat Reverentiis veſtris, A.B. ut ſtudium ſeptem annorum in Jure Civili, poſtquam rexerit in Artibus, in quibus, &c. Unà cum, &c. Sufficiat ei ad incipiendum in eodem Jure.

Supplicat Reverentiis veſtris, A.B. ut ſtudium quinque Annorum poſt gradum Baccalaureatûs in Jure Civili ſuſceptum, in quibus Ordinarias Lectiones, &c. Sufficiat ei ad Incipiendum in eodem Jure.

Supplicat Reverentiis veſtris, A.B. ut ſtudium ſeptem Annorum in S.Theologiâ,

ologiâ, poſtquam rexerit in Artibus, in quibus Ordinarias Lectiones, &c. Unà cum omnibus Oppoſitionibus, Reſponſionibus, Concionibus, cæteríſque, &c. Sufficiat ei tam ad Opponendum quam ad intrandum in eadem S. Theologiâ.

Supplicat Reverentiis veſtris, A. B. ut ſtudium quinque Annorum in S.Theologiâ, poſt gradum Baccalaureatûs in eadem facultate ſuſceptum in quibus Ordinarias Lectiones, &c. Unà cum omnibus Oppoſitionibus, Reſponſionibus, Concionibus, cæteríſque, &c. Sufficiat ei ad incipiendum in eadem S. Theologiâ.

Supplicat Reverentiis veſtris, A. B. ut ſtudium duodecim annorum in ſacrâ Theologiâ, poſtquam rexerit in Artibus, in quibus, &c. Unà cum omnibus Oppoſitionibus, &c. Sufficiat ei ad incipiendum in eadem ſacrâ Theologiâ.

Solu-

Solutiones faciendæ ab iis qui gradus suscipiunt.

Baccalaureus in Artibus ante admissionem.

	lib.	s	d
DEcretum est per Academiam 21° die *Januarii* 1631, nè Examinatores recipiant à Quæstionistis pro Examinatione ordinariâ, Ultra————	0	1	8
Nec ab eisdem pro Examinatione extraordinariâ, Ultra ——	0	3	4
Sub pœnâ in dicto Decreto expressâ.			
Solvet Procuratoribus pro Compotationibus & cœnis ——	0	4	0
Registro pro Subscriptione——	0	0	6
Summa---	0	9	6

In Admiſſione ſolvet.

	lib.	s	d
PRocancellario ———————	0	0	4
Oratori ———————	0	1	6
Procuratoribus ———————	0	2	0
Eiſdem pro Chirothecis ———	0	0	6
Eorum ſervis ———————	0	0	2
Scrutatoribus ———————	0	0	8
Præſentatori ———————	0	0	4
Bedellis ———————	0	7	8
Regiſtro ———————	0	1	0
Pulſatori ———————	0	0	3
Eccleſiæ Beatæ *Mariæ* ———	0	0	4
Ciſtæ Communi ———————	0	3	5
Pro copia juramenti ———	0	0	2
Dabit etiam Academiæ Cautionem realem quòd reſpondebit Quæſtioni, & ſtabit in Quadrageſimâ uſque ad extremum Actum more conſueto ———	0	13	4
Summa---	1	11	8

Inceptor in Artibus ſolvet ante Admiſſionem.

	lib.	s	d
PRocuratoribus & eorum ſervis pro qualibet Reſponſione extraordinariâ ——— — —	o	1	6
Bedellis pro qualibet Reſponſione extraordinariâ aut variatione ————————	o	1	0
Eiſdem pro introitu in Libros Poſteriorum ———————	o	5	4
Regiſtro pro Subſcriptione------	o	o	6
Summa----	o	8	4

In

In Admissione solvet.

	lib.	s	d
PRocancellario	0	2	0
Oratori	0	2	0
Procuratoribus	0	2	0
Eisdem pro petenda gratia nisi furit Collegii Regalis	0	1	4
Eorundem servis	0	0	2
Scrutatoribus nisi sit Collegii Regalis	0	0	8
Præsentatori	0	1	0
Bedellis	0	8	4
Registro	0	1	0
Pulsatori	0	0	6
Ecclesiæ Beatæ *Mariæ*	0	0	2
Cistæ Communi	0	5	9
Pro copia juramenti	0	0	2
Dabit etiam Academiæ Cautionem realem pro præstandâ disputatione ad valorem	2	0	0
Summa	3	5	1
Solvet insuper Patri pro Creatione	0	6	8

Baccal. in Muſ. Medic. & Jure Civili ſolvet

	lib.	s	d
PRocancellario	0	2	0
Procuratoribus	0	2	0
Præſentatori	0	2	0
Bedellis	1	2	0
Regiſtro	0	1	0
Ciſtæ Communi	0	2	4
Pro Cautione	0	13	4
Pro Copiâ Juramenti	0	0	2
Pulſatori	0	1	4
Regiſtro pro Subſcriptione	0	0	6
Summa	2	6	8

Baccalaur. in S. Theol.

	lib.	s	d
PRocancellario	0	2	0
Procuratoribus	0	4	0
Præſentatori	0	2	0
Bedellis	0	19	4
Regiſtro	0	1	0
Pulſatori	0	1	0
Ciſtæ Communi	0	1	0
Pro Copiâ Juramenti	0	0	2
Regiſtro pro ſubſcriptione	0	0	6
Summa	1	11	0

In-

Incept. in S. Theol. ſolvet

	lib.	s	d
PRocancellario	0	2	0
Procuratoribus	0	2	0
Præſentatori	0	1	0
Scrutatoribus	0	0	8
Bedellis	1	13	4
Regiſtro	0	1	0
Ciſtæ Communi	0	3	0
Pulſatori	0	2	4
Pro Copiâ Juramenti	0	0	4
Regiſtro pro ſubſcriptione	0	0	6
Summa	2	6	2
Deponet in Dom. Procan. manus pro Determinatione	2	0	0

Incept. in Muſic. Medic. & Jure antè Bacc. in facultate ſolvet

	lib.	s	d
PRocancellario	0	2	0
Procuratoribus	0	2	0
Præſentatori	0	2	0
Bedellis	2	7	4
Regiſtro	0	1	0
Pulſatori	0	1	8
Ciſtæ Communi	0	3	0
Pro Copiâ Juramenti	0	0	4
Regiſtro pro ſubſcriptione	0	0	6
Summa	2	19	10

Incept. in Music. Medic. & Jure non ante Bac. solvet

	lib.	s	d
PRocancellario	0	4	0
Procuratoribus	0	10	8
Præsentatori	0	4	0
Scrutatoribus	0	3	4
Bedellis	3	9	4
Registro	0	1	0
Pulsatori	0	3	0
Cistæ Communi	0	4	8
Pro Copiâ Juramenti	0	0	4
Registro pro subscriptione	0	0	6
Summa	5	0	10

Componens solvet

	lib.	s	d
PRocancellario	2	0	0
Procuratoribus	2	0	0
Bedellis	3	3	0
Scrutatoribus	1	0	0
Pulsatori	0	3	4
Summa	8	6	4

Pract.

Pract. in Medic. vel Chirur. solvet

	lib.	s	d
PRocancellario	0	2	0
Procuratoribus	0	5	4
Præsentatori	0	2	0
Bedellis	1	11	0
Registro	0	1	0
Pulsatori	0	1	0
Cistæ Communi	0	1	8
Pro Cautione	1	0	0
Pro Copiâ Juramenti	0	0	2
Registro pro Subscriptione	0	0	6
Summa	3	4	8

Solvet insuper pro Sigillo —— 0 6 8

Qui progrediantur per saltum satisfacient Officiariis Academiæ pro gradibus inferioribus.

Incorporatus solvet prout de corporatis dictum est, &c.

Quilibet determinans quæstionem prædicans ad Clerum seu ad populum pro gradu, solvet Bedellis —— 0 1 0

Omnes incipientes in aliqua facultate dabunt Cancellario Patri & Procuratoribus pro Creatione & Disputatione pro veteri more Academiæ.

OMnes quorum annuus reditus eſt ad valorem quadraginta Marcarum præter ſtipendia quæ habent à Collegiis ſuis aut ab Academiâ ratione alicujus Lecturæ ad gradum aliquem Scholaſticum promovendi dabunt Cancellario, Procuratoribus, reliquíſque Officiariis togas ſolito more Academiæ, aut cum his component rationabiliter. Cujuſcunque facultatis Doctores & reliqui ſoliti componere, cum Officiariis retinebunt ſolennem invitandi morem Regentes pridie Veſperiarum Comitialium, & dabunt Bedellis ſolitam collectam.

Nobilis in Admiſſ. ad Grad. fidem ſpondet Academiæ formâ ſequenti ponens manum in manu Procan.

DOMINE, dabis fidem in verbo honoris de obſervandis & defendendis Privilegiis, Libertatibus & Conſuetudinibus approbatis, hujus Academiæ Cantabrigienſis, Téque eidem futurum benevolum quoad vixeris.

Juramentum Incorporatorum.

JUrabitis quod obſervabitis Leges, Statuta, Privilegia, & Conſuetudines approbatas Academiæ Cantabrigienſis, quatenus non contrariantur Legibus, Statutis, Privilegiis, & Conſuetudinibus Academiæ veſtræ *Oxonienſis*, &c. Sicut vos Deus adjuvet, &c.

ORDO

ORDO constitutus per VICE-CANCELLARIUM *& Præfectos Collegiorum quo singula Collegia, Procuratores nominabunt, & præsentabunt, juxta tenorem, literarum Regiarum dat* 30. *die* Augusti 1661. *Annoq; Regni* CAROLI 2^{di} 13°.

Singula Collegia Taxatores *anno à suâ nominatione Procuratorum, proximo, & inde anno sequente* Scrutatores *nominabunt, & præsentabunt.*

1666.
Coll. Johan.
Coll. Regin.

1667.
Coll. Christi.
Coll. Petri.

1668.
Coll. Regal.
Aul. Clar.

1669.
Coll. Trin.
Coll. Cor. Christi.

1670.
Coll. Johan.
Coll. Mag.

1671.
Aul. Pemb.
Coll. Jesu.

1672.
Coll. Regin.
Coll. Syd.

1673.
Coll. Regal.
Coll. Eman.

1674.
Coll. Trin.
Coll. Caii.

1675.
Coll. Johan.
Coll. Petri.

1676.
Coll. Christi.
Aul. Clar.

1677.
Coll. Regal.
Coll. Cor. Christi.

1678.
Coll. Trin.
Aul. Pemb.

1679.
Coll. Johan.
Coll. Jesu.

1680.
Coll. Regin.
Coll. Mag.

1681.
Coll. Petri.
Aul. Cath.

1682.
Coll. Regal.
Coll. Syd.

1683.
Coll. Trin.
Coll. Eman.

1684.
Coll. Johan.
Coll. Christi.

1685.
Aul. Clar.
Aul. Pemb.

1686.
Coll. Caii.
Coll. Cor. Christi.

1687.
Coll. Regal.
Coll. Regin.

1688.
Coll. Trin.
Coll. Jesu.

1689.
Coll. Johan.
Coll. Petri.

1690.
Coll. Christi.
Coll. Mag.

1691.
Coll. Regal.
Aul. Cath.

1692.
Coll. Trin.
Aul. Pemb.

1693.
Coll. Johan,
Coll. Syd.

1694.
Aul. Clar,
Coll. Eman.

1695.
Coll. Regin.
Coll. Caii.

1696.
Coll. Regal,
Aul. Trin,

1697.
Coll. Trin.
Coll. Cor. Christi.

1698.
Coll. Johan.
Coll. Petri.

1699.
Aul. Pemb.
Coll. Christi.

1700.
Coll. Regal.
Coll. Mag.

1701.
Coll. Trin.
Coll. Jesu.

1702.
Coll. Johan.
Aul. Clar.

1703.
Coll. Regin.
Coll. Syd.

1704.
Coll. Caii.
Coll. Eman.

1705.
Coll. Regal.
Aul. Cath.

1706.
Coll. Trin.
Coll. Petri.

1707.
Coll. Johan.
Coll. Christi.

1708.
Aul. Pemb.
Coll. Cor. Christi.

1709.
Coll. Regin.
Aul. Clar.

1710.
Coll. Regal.
Coll. Mag.

1711.
Coll. Trin.
Coll. Jesu.

1712.
Coll. Johan.
Coll. Petri.

1713.
Coll. Christi.
Coll. Syd.

1714.
Coll. Caii.
Coll. Eman.

1715.
Coll. Regal.
Aul. Pemb.

1716.
Coll. Trin.
Aul. Cath.

FINIS.